



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XIII. De Triplici cognatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

60  
...privari, cum idem multis casibus contingat, ut si al-

...legitimam et non raturum, aliud legitimum et non legitimum, h. d.  
...legitimam et non raturum, aliud legitimum et non legitimum, h. d.  
...legitimam et non raturum, aliud legitimum et non legitimum, h. d.

...quod raturum quidem est, sed non legitimum. Legitimum, et non raturum conjugium est, quod legali institutione, vel Provincia moribus contrahitur: hoc inter infideles raturum non est, quia dissolvi potest dato libello repulsi lege fori, et non lege poli, quam non sequuntur. Inter fideles vero semper raturum est conjugium, cum conjugium semel inter eos contracta nunquam solvi possint. Hoc vero quodam sunt etiam legitima, veluti cum servata nuptialibus ritibus, uxor sponso traditur. Illorum vero conjugia, qui contemptis legitimis solemnitatibus, solo affectu aliquam sibi deligunt in conjugem, non legitima, sed ratura tantummodo esse creduntur: quoniam cum spectis ritibus Ecclesie matrimonium contracta non debent, non tamen ob id solum sacramentum conjugii dissolvi debet. Quin potius si tale matrimonium fuerit ab Ecclesia postmodum comprobatum, filii generati, & legitimi iudicandi erunt, & heredes: aliqua tamen illis erit imponenda poenitentia, qui conceptis Ecclesie praerogativis matrimonium contraxerunt.

...h. d. natus, nisi purgatus fuerit, impedit matrimonium, h. d.

...Oatio, quoque & iustus violentie metus matrimonium impediunt. Cum b enim solo consensu conjugium contrahatur, plena debet ille securitate gaudere, cuius est animus indagandus, ne metu impulsus dicat sibi placere quod odit. Plane s quae invita probat se sponsalia contraxisse, si comperiat postmodum sponte cognationem ad matrimonium dissolutionem proclamare, & merum auditum non poterit.

...non impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, h. d.

...Por quoque quia consensum impedit nuptias contrahit prohibet: contractas autem non dirimit. Impedat et servata impotentia matrimonium impediunt, h. d.  
Item frigiditas d. & coeundi impotentia legitimum matrimonium impediunt afferunt. Sicut enim puer, qui debitu reddere non potest, non est aptus conjugio: ita, qui ita sunt natura impotentes, ut nec ope medicorum sanationis periculo juvari possint, apti ad contrahenda matrimonium minime putantur. Ea igitur, quae adeo est utilis, ut mulier fieri & alteri carnaliter committeri non possit, nisi per incisionem, ad matrimonium contrahendum non debet idonea iudicari.

...leprosi possunt matrimonium contrahere, h. d.

...Lex est causa leproforum e. nam si mulierem inveniam, liberam erit illis conjugali vinculo colligari.

...Publica honestatis iustitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, h. d.

...Publice f quoque honestatis iustitia tam matrimonium contrahendum impedit, quam contractum irritat. Et autem publice honestatis iustitia, quae ex legitime sponsalibus oritur mulieris, quae illi conjuncta

a. C. de spons. in 6. b. C. de locum. ext. de spons. c. C. de spons. ext. qui matr. accus. poss. d. ext. per raturum ut. de frigid. & malis. c. C. de ext. de conjug. leprosi. & C. de ext. qui spons. legit. c. i. de cogn. leprosi. & C. de cogn. leprosi. c. i. de cogn. leprosi.

est, cum qua nunc vir matrimonium contrahere detinetur: ut, ecce cum Berta sponsalia contraxi, volo nunc cum Gemma, quae Berta cognationis vinculo est conjuncta, matrimonium contrahere: publica honestate impeditur. In honestum enim ac turpissimum vitium est exempli, ut ei quis nubere valeat, cuius conjunctam sponsalia frangendo deceberit, ne in eandem ejus nubendo conjuncte, quasi injuriam committat.

...Sponsalia pura & certa, ex consensu valida, licet alia nulla, inducant publicae honestatis iustitiam, quae sequentia sponsalia dirimit, non praeterita, h. d.

...Vtique adeo autem ex puris & certis sponsalibus a impedimento iustitiae publicae honestatis exoritur, ut etiam si illa consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quavis ratione nulla sint, dum tamen non sint nulla ex defectu consensus, nihilominus & impeditur & dirimit sequentia sponsalia, vel matrimonia dignoscatur, licet praecedentia dissolvere non valeant. Quare, qui sponsalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsaliorum vigore ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus.

...Fili nati ex matrimonio, cui obfiste publica honestatis iustitia, non succedunt patri, sed mater contrahenti, h. d.

...Fili quoque nati ex matrimonio b, quod publice honestatis iustitia impediens contractum fuit, cum nec Ecclesiae permissionem, nec patris allegare possint ignorantiam, ad successorem bonorum paternorum minime admittentur.

DE TRIPlici COGNATIONE. TITVLVS XIII.

...Cognatio est triplex, spiritualis, legalis, & naturalis: & spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, h. d.

...Mltò magis cognatio matrimonio interdum est impedimento: est autem cognatio triplex, spiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis cognatio est, athenientia quaedam proveniens ex sacramento collatione, vel ad sacramentum detentione. Non solam igitur d inter baptizantem, & illum qui eum de baptismo suscipit, item inter baptizatum & suscipientis filios, & uxorem ante susceptionem a suscipiente carnaliter cognitam: verum etiam inter suscipientem, parentemque baptizati, cognatio spiritualis contrahitur, quae & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit postea contractum. Et quae de suscipiente dicta sunt, eadem etiam de baptizante sunt intelligenda.

...Exceptio baptizatae, & confirmatione, non oritur ex sacramento cognatio impeditiva matrimonii, h. d.

...Eisdem modis confirmatione & spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, & postea contracta dirimens. Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quae matrimonium impedit, vel dissolvat.

...Cognatio spiritualis per Catechismum contracta, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, h. d.

...Per Catechismum f an spiritualis cognatio contrahatur, dubitatum est: & constaturum est, contrahi quidem illam, sed non tantam: licet enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur, post eam tamen contractum minime dissolvitur.

...Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium ante contractum, h. d.

...Ius autem huiusmodi cognationem matrimonium contracta dirimere, non simpliciter, sed postea

a. C. de spons. in 6. b. C. de ext. qui fil. sint. de. c. gl. in ver. spiritualis. c. i. de cogn. leprosi. d. d. c. i. de cogn. spiritual. in 6. c. C. de cogn. leprosi. in 6. & C. de cogn. leprosi.

contracta: nam a si vir vel mulier ex ignorantia vel do- lo proprium filium de sacro fonte susceperit, propter hoc separari non debent, nec alter alteri debuitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam potuerit induci: quia si ex ignorantia factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quinimo pro tali actu, matrimonio sua firmitate durante, penitentia imponenda erit.

*Filius per quorum neutrum veniunt est, ad copatentiam, copulari possunt, nisi mox regione aliud inducat. h. d.*

**D**E b filiis quoque, per quorum neutrum ad copatentiam veniunt, an copulari possunt, quasi tum est: & sane, nisi consuetudo Ecclesie, ubi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum vicinarum aliter habeat, ut h conjugio minime obstandum erit.

*Loca plures non debeat esse patrum, si plures tamen fuerint, cum annibus spirituali cognatio contrahitur. h. d.*

**D**E eo quoque ad monendi sumus, quod c, licet non plures, quam unus vir, vel una mulier ad suscipiendum de sacro fonte infantem accedere debeant: sitamen plures accesserint, spiritualis cognatio tunc, quo ad omnes, inde contrahitur, tam matrimonium contrahendum impediens, quam etiam postea contracta dissolvens. Circa quod idem statuitur & de confirmatione.

*Legalis cognatio modo affert temporale impedimentum matrimonii modo perpetuum. h. d.*

**E**galis cognatio, est proximitas per adoptionem proveniens. Eius autem duæ sunt species: una, que temporalem impediendi matrimonii causam continet: alia, que perpetuam. Temporalem causam impediendi continet ea, que inter te, & eam, que tibi per adoptionem foror esse coeperit, intercedit. Nam per adoptionem quæ sita fraternitas, eoque nuptias impedit, donec maneat. Perpetuam prohibitionis causam continet, ut puta, quæ inter adoptantem & adoptatum, item inter adoptantem uxorem que adoptati, & inter adoptatum uxorem que adoptantis, intercedit. Nam & per emancipationem dissoluta adoptione, matrimonium impeditur.

*Quid sit naturalis cognatio, quid consanguinitas, quid affinitas, h. d.*

**N**aturalis cognatio est, que medio consanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Est autem consanguinitas a similitudine personarum ex eo proveniens, quod una descendit ab altera, vel ambo ab eadem: vel consanguinitas, est vinculum personarum ab eodem fonte descendenti, carnali propagatione contractum. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis unitas, quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt. Affinitas e quædam personarum proximitas ex coitu proveniens: ex eo dicta, quasi duorum sit ad unum finem unitas. Cum enim duæ cognationes diversæ per aliquod eum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis quasi quosdam fines accedere videtur.

*Affinitas & consanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu, h. d.*

**N**ec si intererit, quod ad consanguinitatem, vel affinitatem contrahendam, ex iustis nuptiis aliqui, an ex damnato coitu in vicem copulati fuerint.

*Hodie matrimonium usque ad quartum gradum inclusivo sanctis prohibetur, & de facto contracta temporis casu non validentur, nisi alicui.*

**C**onstitutum igitur erat olim, ut quicumque vel septimo consanguinitatis, sive affinitatis gradu sese invicem contingerent, legitimis nuptiis contrahere non possent, quod ipsum non solum in primo, verum etiam in secundo & tertio affinitatis genere sibi locum ven-

dicabat: nec foboles ex secundo matrimonio hinc inde huiusmodi prohibitionibus suffultentibus frequenter tollerent, & aliquando petulenter patrem, matrem, vel de genti utilitate suadente, huiusmodi prohibitiones derogata fuerunt, & sanxitur, que ut prohibentur copulatio iugalis quartum consanguinitatis gradum postea dicitur: quartum gradu, & mulier, que ex alio latere dicitur, licet conjugii poterunt. Alias si propter quod sese invicem contingant, tenet contractum matrimonium adeo erit irritum, quod nullo potest amonetamento defendi.

*Infideles intra quartum gradum conjuncti, & excommunicati sunt separandi, & eorum proles est legitima. h. d.*

**S**i tamen infideles e, qui secundum veterem, vel prolixæ legis instituta, circa gradum consanguinitatis, vel affinitatis a Canonibus notatos, conjuncti sunt, tamen inspirante conversi fuerint, matrimonium amonetamento non erit post baptismum lavandam: & cum pro facta ratione baptismi non solvantur copulatio, sed crimina dimittantur. Unde & proles inde nata legitime censetur.

*Propinquitatis voti reparatio uxoris, & propinquitatis reparatio voti. h. d.*

**A**d monendi etiam sumus, perinde vincti uxoribus & propinquis uxoris abstinentere debent. Ab uterem a propinquis viri, atque a propinis. Præterea rei manifestata ratio illa est: quia, si fecerint, manifestentiam ego & uxor mea una eorum factu, quibus michi & illi meam huiusmodi cognatio non proponitur dicitur. Quocirca ego & foror mea uxoris in meo gradu erimus, filius vero eius in secundo gradu a me, nepos tertio, & sic deinceps. Veniens vero propinquis, cuiuscuque gradus sit, ut a me oportet continere, quemadmodum si ejusdem gradus foret, propria propinquitatis existat: quod nimirum de uxor mea de propinquitate mea, in cunctis cognationibus, continetur observat.

*Conjuncti uxoris non impediunt matrimonium contrahendum conjuncti vero. h. d.*

**Q**uoniam autem omnes consanguinei, uti, utriusque sunt affines, inter consanguineos numerantur, licet nulla intelligitur esse affinitas contrahenda, propter quod inter eos matrimonium debeat impediri. Præter quod & filius cum matre & filis, item duo cognati eorum consanguinitatis, licet contrahere possent.

*Quæ cogno ut consanguinitas uxoris sui, cum nuptiis contrahatur, licet reddere tenetur, & uxoris propter, contra sit nuptia. h. d.*

**S**i quis autem contracto matrimonio uxoris uxoris suæ cognoverit: utique, si uxorem pro viginam, vel matrem fororem propriam uxoris habuerit, matrimonium quidem ante contractum cum matre, fororibus, sed qui se ita contra leges alteri contraxerint, licet iure nunquam debentur potesse, nec cum aliquo legitimum unquam nuptias contrahere, licet propinquitatem uxoris superaverit.

*Uxor, cuius consanguinitas a proprio viro cognita est, non cogenda ad continentiam. h. d.*

**V**xor quoque, cuius consanguinitas a proprio viro cognita fuit, diligenter est somnolandum, ut in contaminatione vitæ abstineat: & in contaminatione, quæ donec vir vitam universæ carnis ingreditur fuerit, licet si forte monitionibus parere recusat, vel extra de lapso ipsius probabiliter timere possit, ut eius de-

a Ca. ex. de cogn. spirit. b Ca. super eo. ex. de cogn. spirit. c Et de cogn. spirit. in 6. d Ad ad Arb. consang. in 6. in de elec. e In d. de elec. Arb. affm. f In d. de elec. Arb. affm. in 6.

a Canon debet esse de consen. & affm. b Et non de consanguin. & affm. c De consanguin. & affm. d Et non de consanguin. & affm. e Et non de consanguin. & affm. f Et non de consanguin. & affm.



64  
65  
sent & debeat debitum sibi solvere conjugale: cum a  
finitas post matrimonium inique contracta, illi nocere  
non debeat, quae iniquitatis participes non existit.

*Subsequens effinitas non dirimit matrimonium, sed praecedens  
legitima probata. h. d.*

**R**go praecedens affinitas, non subsequens dirimit ma-  
trimonium. Sed nec id quidem indistincte obtinet.  
nam si estis utriusque conjugum confecti assertione, accla-  
mate etiam vicina, quod conjugatus ante contractum  
matrimonium uxoris suae consanguineam cognoverit,  
propterea conjuges separari non debent: nec enim talis  
confessio momentum habere debet, cum alioqui facile  
fieri possit, ut quicumque inter se contra matrimonium  
velint colludere, ad confessionem incestus facile proficiant,  
si suae assertioni Ecclesiae iudicium accessurum credant.  
Rumor autem viciniae non est adeo iudicandus  
validus, ut, nisi fide dignae probationes accedant, possit i-  
ta contraclum matrimonium irritare.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.  
TITVLVS XIV.

*Prohibetur matrimonium clandestinum, nec postea opera-  
tibus diffidere. h. d.*

**N**E tamen post secutam copulam & susceptam  
prolem, detectis quibusdam impedimentis, non  
line graui scandalo contracta matrimonia retrahantur  
oporteat, ne, si alter conjugum qui clam contraxerit,  
conjugium negaverit legitimis probationibus desit-  
entibus, iudicis sententia rite fuerit absolutus, uterque  
illis nubendo reatum incurrat adulterii, consaltissime  
constitutum est. d. ut nullus fidelium occulte nuptias  
contrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint, et  
per presbyterum proponantur publice, competenti ter-  
mino praesentio, intra quem qui voluerit, & valuerit, le-  
gitimum impedimentum opponat, & ut ipse quoque  
presbyter per se inuestiget, utrum aliquid futuro mat-  
rimonio obstat impedimentum.

*Si quis sine contractibus matrimonii, donec astat praesumptio,  
quid non possit contrahi. h. d.*

**V**is si apparuerit probabilis coniectura, contra-  
ctus expressè interdicitur, donec quid fieri debeat,  
manifestis constitit documentis.

*Nati ex clandestinis & interdicti matrimonii non sunt legiti-  
mi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Ecclesiae aut  
sententiam divorcii sint legitimi, nisi uterque conjugum uoverit im-  
pedimentum. h. d.*

**Q**uicumque igitur verò huiusmodi clandestina & interd-  
icta conjugia inire ausus fuerit, etiam ignoranter, pro-  
ter ea huiusmodi conjunctione suscepta, proflus illegiti-  
ma censetur, nec de parentum ignorantia ullam est ha-  
bitura subditum: cum sic contrahentes, vel non exper-  
tentes sciant, vel scilicet affectores ignorantibus videantur,  
sunt alioqui, si ignorantes in faciem Ecclesiae contraxerint,  
ante litam sententiam divorcii nati, & legitimi ha-  
beantur, & in bona paterna hereditario iure succedant.  
Idem iuris erit, si in conspectu quidem Ecclesiae contra-  
xerint, sed impedimentum ambo uoverint.

*Sacerdos contra iuram constitutionem Ecclesiae puniatur pro qualita-  
te culpa, & clandestina matrimonia, si publicentur, recipi Eccle-  
siae. h. d.*

**A**nd si parochialis sacerdos tales conjunctiones  
prohibere contempserit, per triennium ab officio su-

a Cap. de for. in fi. & ca. pen. extr. d. tit. b Cap. super  
iur. de eo qui cogit. confa. c gl. in sum. 30. q. 5. & can. si quis di-  
uina. 8. de iur. iud. 30. q. 5. d. Can. 20. q. 5. e C. cum inhi-  
bitio. pen. extr. d. tit. f d. c. cum inhi. bitio. 8. cum autem. extr. d.  
can. g. d. cum inhi. bitio. 8. si quis. ext. d. tit. h d. ca. cum  
inhi. bitio. 8. si extr. d. tit.

spendendus erit: grauius etiam puniendus, si culpa qua-  
litas postulerit. Verum (ut supra indicauimus) si con-  
trahentes clandestina matrimonia publicare voluerint,  
nisi alia causa impediatur, ab Ecclesia recipienda sunt, tan-  
quam à principio in Ecclesiae conspectu contracta.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT.  
VEL CONTRA ILLVD TESTIFICARI.  
TITVLVS XV.

*Non admittitur ad accusandum matrimonium, qui tempore  
denunciationis sicut, nisi iures de calumniis. Et quod post denun-  
tiationem nrxiz qua obiecturus est: & negligentia auctorit me non  
intelligitur esse mea. h. d.*

**N**on tamen quandoocunque, aut indistincte om-  
nes ad matrimonium impugandum admit-  
tendi erunt. Nam si quis tempore factae à sacer-  
dote denunciationis in ipsa dicecesi constitutus, nihil  
contra matrimonium dixerit eidem mox conjunctos im-  
petere minime concedendum erit, nisi proprio firmave-  
rit iuramento, quod ea, quae obiecturus est, postea didi-  
cerit, quandoque ad accusandum dolo non proficiat: quo  
casu etiam, quod obiecturus est, ab illis didicisset, qui  
denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet et ac-  
cusandi aditus: quoniam etsi ab impetitione huiusmodi,  
culpa ex tali silentio contracta, auctoribus excludat, iste  
tamen, qui culpa caret, amoveri non debet.

*Ex causa etiam post denunciationem potest qui matrimonium  
accusare. h. d.*

**I**dem iuris erit, si tempore denunciationis, vel extra  
dicecesim commorabatur, vel alias denunciatio ad e-  
jus notitiam pervenire non potuit: imputa, si nimis in-  
firmis laborans, mentis non erat compos, vel in  
annis tam teneris constitutus erat, ut ad talium rerum  
perceptionem ejus aetas sufficere non valeret, five alia  
legitima causa fuerit impediri.

*Ad accusandum matrimonium, non ex causa delicti, sed con-  
juges admittuntur. h. d.*

**S**ed nec omnes ad accusationem, testimoniumve di-  
cendum admitti debent: nam si de tali impedimento  
agendum sit, quod neque conjugum in se delictum con-  
tineat, nec ob id matrimonium dissolvi cuiusquam inter-  
sit, praeterquam ipsorum conjugum (utputa, si erratum  
in conditione status fuerit, vel si mulier ita sit arcta, ut  
cognosci non possit, vel vir ita frigidus, ut coire nequeat)  
soli ipsi conjuges admittuntur.

*Ad accusandum matrimonium ex causa delicti, omnes admittuntur,  
sed potissimum conjunctiores, autiores, & honestiores.  
h. d.*

**Q**uod si delictum contineat, ut, quia aliqui in gradu  
vetito vel contraxisse, vel contrahere velle dicantur,  
tunc quilibet quidem ad accusandum recipitur, sed om-  
nium maxime parentes: & filii desunt, proximiorque,  
id est, foror, frater, patruus, avunculus, amita, matertera,  
et omnique descendentes. Quod si progemes tota def-  
cerit, ab antiquioribus, & honestioribus, quibus eadem  
propinquitas nota verisimiliter esse debeat, accusatio, tes-  
timoniumve recipi poterit. Ideo autem omnium max-  
ime parentes, & conjunctiores admittuntur, quoniam u-  
nusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, tum  
verò ex recitatione majorum scire laborat. Nulli igitur  
decentius admitti debent, quam qui melius sciunt.

*Speciale est in causa matrimonii, quod pater admittitur in  
causa filii, & e contra. Et testimonium parentum interduum non do-  
bet admitti, ubi est disparitas inter conjuges. h. d.*

**Q**uod e autem legitur, pater non recipiatur in cau-  
sa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus

a Ca. cum in tua. 8. alioquin. extr. co. tit. b Ca. cum in tua. 8.  
super quo. extr. co. tit. c Ex videtur. extr. co. tit. d Ca. i. cum pa-  
tr. leg. 3. q. 6. e Ca. videtur. 8. quod verò. extr. co. tit. ccc